


**Rector Universitatis Rostochiensis, Jacobus Lembke/ U.I.D. & Antecessor, Ad Exequias, Quas Scitissimae Puellulae, Magdalenae Elisabethae Barnstorffs/ Filiolae utpote ... Parentes paratas hodie supiunt, Omnes Omnium Ordinum ac Dignitatum Cives Academicos studiose humaniterque invitat : [P. P. sub Sigillo Rectoratus d. 5. Aprilis Anno 1683. Procedemus ex Templo Jacobaeo.]**

Rostochi[i]: Keilenbergius, [1683]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746838875>


Druck Freier  Zugang





Lembke, J.,  
**in M. E. Barnstorff.**

**R. 1683.**

71.







RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,  
JACOBUS Gembke /


U. J. D. & Antecessor,

Ad  
Exequias,

Quas  
SCITISSIMÆ PUELLULÆ,

MAGDALENÆ  
ELISABETHÆ Barnstorffs /

Filiolæ utpote desideratissimæ,  
Tristissimi Parentes paratas hodiè cupiunt,  
Omnes Omnium Ordinum ac Dignitatum CIVES  
ACADEMICOS studiosè humaniterque  
invitat.



ROSTOCKI,

Typis Vid. B. FRIEDERICI KEILENBERGII, Univ. Typogr.



Um imminet Palmarum  
Dominica, quâ Hieroso-  
lymam ingressum esse  
Sionis Regem, Christū,  
Salvatorem Optimum,  
audimus, ad viride suum  
properat (quod nomine  
praeclararum quoque facula-  
rum calcem insignit Eman.

*Theaur. Inscr. p. 149.*) scitissima puellula; quæ  
non ita pridem cum plausibus in hanc lucem  
nata, nunc denata, hōc viridium die erepti  
per mortem nitoris, eheu desideratissimi! te-  
gimen in sepulchro quærit, & non absq; anxiis  
Tristissimorum Parentum lacrumis invenit.  
Poterant varia hanc in rem afferri, quæ & do-  
loris causas sic satis exprimerent, & solatii  
quoque in omnibus conspicui vestigia com-  
monstrarent. Si enim vel ad solam respicere  
viriditatem placeret, abs quâ hæc lux sorti-  
ta nomen est interturbata s. grandinibus s. ni-  
vibus tempestas, vicissitudinis humanæ & Co-  
mes & testis, haud pauca exhiberet, unde moe-  
roris petere interpretes, unde etiam erigen-  
do rursus in tranquillitatem animo remedia  
haurire, non videretur incongruum. Habet sa-  
nè, non infimum inter reliqua Taurinensis Pa-  
laci

latii ornamenta, & dicula viridis egregias pictu-  
ras, quæ primi i. e. verni viridisve temporis in-  
constantiam, quæ item amissæ jucunditatis  
viridis desiderium exponere ingeniosissimus  
inventor voluit. Nec aliæ tamen ibidem de-  
sunt, quæ, ut dolorem non nihil emollitum,  
præsentent, primulæ veris subito evanescenti,  
fugitivæ lætitiæ nostræ indici, semper vi-  
vum, viriditatis perpetuæ, signum; & Cora-  
llis, fruticibus marinis, in aquâ tantum viven-  
bus, Smaragdum, delineantem ver in hyeme,  
argutè opponunt. Sic & ad palmas si utrumq;  
oculum dirigere liberet, & sympathias, quæ  
inter Parentes est liberosque, naturalis simula-  
crum, & dulcisflui humoris suavitatem allegare,  
sicque diei hujus mœsticiam in imagine velut  
sistere, ac ire eidem obviam prolixè satis posse-  
mus. Quandoquidem autem haud ulli dicendo-  
rû ob angustiam temporis per omnia inharere  
valemus vitam imitabimur beatissimæ, cujus  
honori ultimo hæc præscribuntur, puellulæ  
& in compendio complectemur cuncta, quæ  
dispertiri per multa nunc haud integrum est.  
Nimirum spei in Autumno, hyemis albicantis  
prænuncio, ortæ; in vere, novi gaudio auspi-  
cio, lapsæ Symbolum esto: Planta in albo vi-  
rens, in viridi albescens. Hôc enim sub sche-



mate brevissimum vitæ curriculum quod, ubi  
cœpit, ferè exegit, semestris vix spatium e-  
mensa, dulcissima amænissimaq; consterna-  
tissimorum hac præmaturâ morte Parentum  
Filiola, Vobis O CIVES honoratissimi, æsti-  
marissimi, legendum facile, perpendendamque  
rerum nostrarum incertitudinem dabimus.  
Spes fuit, spem fovit svavissima MAGDALE-  
NA ELISABETHA Barnstorffs: hoc nomen  
beatulæ nostræ; quod floridam viriditatem, pa-  
catissimamq; in Deo Genitorum mentem con-  
festim pollicetur: utinam verò floridior ætas  
demonstrasset, quæ primus sperare iussit aspe-  
ctus! Contigit hic superiori, M. DC. LXXXIII,  
Anno, septembri h. e. Autumnali mense, quò  
anni viriditas in ultima ferri solet, d. 23 qui Sab-  
bathi erat, quem, quod mirere, sicut tum-  
natalem, ita nuper emortualet nostræ exper-  
ta fuit: hòc unico quasi intercedente discrimi-  
ne, quod ipsi vitæ exordiũ hora matutina septi-  
ma, finem decima vespertina velut indicaverit  
Spes erat lætissimorum, cum nasceretur, Paren-  
tum, in posteros, qui possent ad familiam ac-  
cedere, per optatissimã hanc Filiolam, AGNE-  
TÆ ELISABESHÆ jacturam feliciter repen-  
santem, se propagaturos quondam tot tamq;  
eximiorum Excellentiumq; Majorum post fata

etiam nitidam Viriditatem. Nam ab amplissimo  
Parente ipso ut ordiamur, Nobilissimus is est  
Consultissimusque VIR, DN. JOHANNES  
BARNSTORFIUS, U. J. D. & Practicus ce-  
leberrimus, cujus viridisi, e. constans in de-  
fensandæ Justitiæ nitore animus laudem o-  
mnem jamdudum meretur. Mater verò, No-  
bilissima decentissimarumque virtutum deco-  
re virentissima fœmina, ANNA MARGARE-  
TA Willebrandin; quæ vi nominis, quod gra-  
tiosam unionem dicit, sibi imposta quâlibet ex  
parte felicissimè adimplet. Atque ab his pri-  
mus MAGDALENULÆ nostræ ortus. Ad  
Avos si progrediamur Paternus fuit Vir Integer-  
rimæ fidei Optimæque ex istimationis, DN. PE-  
TRUS Barnstorff / Pharmacopœus Urbis hu-  
jus peritissimus laudatissimusque. Maternus au-  
tem, Vir Nobilissimus, Excellentissimus atque  
Consultissimus DN. ALBERTUS WILLEBRAN-  
DUS, J. U. D. & Cod. Profess. famigeratissimus,  
deque iis, quæ ceterum sustinuit officiis, meri-  
tissimus. Et Avias, nî obiisset nostra, s. colere  
s. observanter memorare didicisset, Paternam,  
Matronam honestissimã, AGNETAM Echarf-  
senbergs / jam denuò ob inopinarum dulcissimæ  
neptis obitum tristissimam; Maternam, Nobi-  
lissimam olim splendorisque fœminei amœnita-

)( 3


te


re excellentem, ELISABETHAM Cothmannis/  
Viri Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi & Con-  
sultissimi DN. JOHANNIS COTHNANNI, Jcti  
Excellentissimi, Sacri Lateranensis Palatii, Au-  
læq; Cæsareæ & Imperialis Consistorii Comi-  
tis, Serenissimi Ducis Mecklenburgici ultra tri-  
ginta quinque annos Consilarii quondam &  
Cancellarii longè gravissimi, Dilectissimam Fi-  
liam. Nec deest Proavorum insigne æsti-  
mum ac celebritas. Proavum quippe Pater-  
num è Civibus hic primariis exuisse novimus,  
DN. HENRICUM Barnstorff / Negotiatorem  
candidum ac indefessum: Maternum, Amplis-  
simum Excellentissimumqve Virum DN. NI-  
COLAUM WILLEBRANDUM, Phil. & J. U. D.  
Professorem hujus Academiae, nec non Practi-  
cum undiqvæ inclutum. Pro Aviam Pater-  
nam, Matronam pietate aliisq; dotibus com-  
mendatissimam laudamus, CATHARINAM  
Dobers / & Maternam, foemineæ sexûs Decus  
atqve ornamentum CATHARINAM Heins/  
Magnifici Excellentissimiq; Viri, DN. FRIDE-  
RICI Heins / Jcti Magni, Sereniss. Ducis Meckl.  
Consilarii, Academiae nostræ Professoris, ac  
tandem Consulis Syndiciq; hujus urbis præ-  
clarissimè meriti mellitissimam Filiam. Quo-  
rum omnium memoria viget viretqve in pace;  
& in


& in furculis succrescentibus quotidiè renovatur. ô uti-  
nam continuata hæc renovatio per MAGDALENULAM  
quoque nostram, Parentum spem ac lætitiã, diutissimè  
fuisse. Sed eni Album viride; dum terræ alba fa-  
cies imminet, virescere incipit planta hæc acceptissima;  
desinit, dum viridem jamjam conspeximus, conspici-  
endum indies magis expectamus telluris vestitum: sicq;  
Viride album factum! cum nec per omnia viriditatem  
suam terræ permittat nivofus ventosusqve aër. Nuper  
enim ubi dies suos finiret Martius, vitam quoque finit  
MAGDALENA ELISABETHA, nec quicquam, nisi pallo-  
rem per membra omnia conspicuum reliquit. Causa  
mortis morbilli; ætati teneræ hæcenus non parùm fe-  
rales; Parentibusqve suarum deliciarum jacturâ meritò  
afflictis multùm luctuosi. Qui, quoniam & vetus simul  
vulnus per interrupta ex improviso nova gaudia hic re-  
fricarunt, eò magis affecere mœstissimam Familiã, quò  
citius imminuere viriditatis voluptatem. Est arbuscula-  
rum quoddam Genus, quod *pungentem amorem* vocant  
Itali, folium habens in cuspidis speciem mucronatum:  
omnium id viridissimum, at & pungentissimum, brevis-  
que ævi (vid. Em. Thef. c. l.) Dixerimus plantam nostram  
nuper virescentem, quòd brevioris ævi, imò ætatulæ fue-  
rit, pungentissimum nunc quoq; amorem esse, dum per-  
petuo sui desiderio Parentes tangit angitq; , quos maxi-  
mè contristatos, subter terræ viridia secedens, reliquit.  
Sed enim redeundum ad Symbolon, quòd vitæ hæcenus  
transactæ historiã sub Schemate descripsit; utq; & no-  
væ nec in ætate vitæ ratio & spes pateat, addendum  
etiam illud est: Planta ex vere, quòd nil nisi inconstantia,  
ad ver æternum, in quò pascuorum viriditas constantissi-  
ma, nunc translata, nunquam desinet feliciter virescere.  
Huc enim jã ducendi estis, Parentes optimi mœstissimiq; ,  
ut

ne attendaris, quam adepta est Filiola vestra hinc evocata,  
 beatitatem. Custodit ipsam in fasciculo viventium DEUS  
 vitæ, atque ad aquas longè limpidissimas radices ipsam  
 figere iussit, unde nulli turbines nulla tempestatum vis ip-  
 sam movere, nulli tumultus quietem beatissimæ animu-  
 læ impedire possint. Non ergo lacrumis opus, non suspi-  
 riis; sedabit dolorem, qui cor vestrum sauciavit. Domi-  
 nus, in viridium die qui salutis nostræ viam cœpit pande-  
 re, vobis viam gloriæ ostendet, quâ iniit MAGDALENA  
 ELISABETHA, in quâ floridissima persistet. Huc ergo mentes  
 oculosque Vestros! Non decollavit spes, sed citius scopum attingit,  
 ac solent alii, quos longius sua mors, aut ut loquar rectius, sua quies  
 manet. Quiescat igitur feliciter, imo sempiternum virescat, quæ  
 viriditatis terræ vestigia videre vix aut nondum valuit. Vos Palmas  
 imitemini, nam & ab his petendum aliquod Symbolon, quæ pressæ  
 surgunt altius, caputque attollunt. Ad alta abiit. quæ Vestris nuper  
 delitiis dicata fuerat; sic verò premitur mens ea multum delectata.  
 Unde solatium; Ex alto; quorsum evehendi animi, ne recens dolor ip-  
 sos supprimat? Meminit Pancirollus (in olim deperdit. Tit. 46. de-  
 hab. Imperat.) palmatarum vestium, quæ imperatores summa inter  
 solemnia amictiri solebant atque decorari. En vestra s. viridem s.  
 palmatum nitorem omnia Imperatorum ornamenta infinites su-  
 perantem; quid evenire ipsi vel ex votò etiam vestro præstantius  
 poterat? Cogitate, vos Sionæ Regi Hierosolymam ingresso sub-  
 stravisse frondium velut loco floridam Plantam vestram; velut  
 palmæ ramos vestri animi tranquillitatem ipsi submisisse; & pacatissi-  
 mi peragetis, ad quæ invitandi nunc quoque CIVES ACADE-  
 MICI sunt, exequialia. Facite autem, O Cives honoratissimi, ad  
 quos jam noster se convertit calamus, facite, inquam, ut frequen-  
 tiâ vestrâ incitati acquiescant lugentes in solatio, quod vel Palma-  
 rum Dominicæ vel viridium Diei titulus per brevina symbola sugges-  
 sit. Sic honorabitis mœstissimos Parentes, sic venerabimini am-  
 plissimas Familias; sic illos ipsisque addictos omnes ad quolibet a-  
 micitiæ generâ arctius obligabitis, P. P. sub Sigillo Recto-  
 ratus d. 5. Aprilis Anno 1683. Procedemus ex  
 Templo Jacobæo.














& in furculis succrescentibus quotidiè renovam continuata hæc renovatio per MAGDALENA quoque nostram, Parentum spem ac lætitiã, fuisset. Sed eni Album viride; dum terræ cives imminet, virescere incipit planta hæc ac definit, dum viridem jamjam conspeximus. Viride album factum! cum nec per omnia sua suam terræ permittat nivosus ventosusque enim ubi dies suos finiret Martius, vitam quoque MAGDALENA ELISABETHA, nec quicquam rem per membra omnia conspicuum reliquum mortis morbili; ætati teneræ hætenus non afflicti multum luctuosi. Qui, quoniam & vulnus per interrupta ex improviso nova gaufricarunt, eò magis affecere mœstissimam Farcitius imminuere viriditatis voluptatem. Est enim quoddam Genus, quod *pungentem amorem* Itali, folium habens in cuspidis speciem omnium id viridissimum, at & pungentissimumque ævi (vid. Em. Thef. c. l.) Dixerimus plantam nuper virescentem, quod brevioris ævi, imò arit, pungentissimum nunc quoque; amorem esse per tuo sui desiderio Parentes tangit angitque, me contristatos, subter terræ viridia secedent. Sed enim redeundum ad Symbolon, quod viriditatis transactæ historiã sub Schemate descripsit; vix nec in ætate vitæ ratio & spes patescat, etiam illud est: Planta ex vere, quod nil nisi in ad verum æternum, in quo pascuorum viriditas quæ ma, nunc translata, nunquam desinet felicitate. Huc enim, jam ducendi estis, Parentes optimi m



the scale towards document